Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Notanda diligent narationis series. in superficie quidem breuis et lucida. in intimis autem quasi paruu nec diu attingere qualem mysteria pondera grauida. Qd enim ambulans ihc. in mutabilitatis mee particeps factus fili dei. Qui hominib⁹ nondum ante cognitus ex eo cognosci cepit. atq; diligi. ex quo ambulare cepit. de celo uenens in uterum uirginis. de utero in presepe. de presepi ad crucem. de cruce in sepulchrum. de sepulchro rursus in celum. Exime ille notus esse cepit et dilectus. sic eide in canticis canticorum dr. Oleum effusum nomen tuum. ideo adolescentule dilexerunt te. Qd enim oleum effusum in ulnis bonum. de corde patris eructuatum. Si quis mee anime tam adolescentule simplici quasi uel in adulta etate iobis exemplo cum discipulis ei firmo gressu stare didicerit. prudicium ipsi in hoc euangelio loquentis agnoscunt ihm ex eo quod ambulat. et sequentes eum tandem perueniunt eo quod ipse per diuinitatem manens inhabitat. Qd pulchre nob⁹ innuit ex effectu confusionis eorundem discipulorum ei. Aut enim secum stantium illis. Ecce agnus dei. Sedm naturam hominis eum ut supra dictum est agnum uocat. qua uidelicet sicut primo immolatione agni pharao quondam iussit et serui eius filios israhel soluta est. quod per manum moysi et aaron plagis immissis pharao non poterat. sic per passionem et per principem tenebrarum diabolum uictus. et redemptio generis humani facta est. quod per legis sanctum precepta. ueteris; sacerdotum sacrificia fieri non potuit. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. secum ihm.

Non solum auditu corporis audierunt. sed solum tm obaudierunt. et testimonium ei receperunt. Ille nanq; ut testis fidelissimus ea sepe intentione de illo loquebatur. ut illum posset quisque auditores sui sequentes. sicq; fieret ad gloriam dei quod dicebat ipse. me oportet minui. illum autem crescere. Hanc igitur ei intentionem duo discipuli audierunt. et testimonium ei ut dictum est receperunt. dum loquente illo secuti sunt ihm. Quando autem quisquis dominum ihm ambulantem ut proditum est mente et pia affectione mobiliter sequi incipit. meditando scilicet et memoriter humanitatis eius uestigia tenendo. non tamen continuo est unitus. et facies sua illi ostenditur. hic ide maiestatis sue diuina presentia sedm quam nusquam ambulat non stans in medio confusionis sequentibus aperit. que prius intelligitur. sed eundum est. et ea quod de illo adhuc futura sunt. quia; puta sunt. et finem habuerunt. scilicet quem carne gessit et passus est. tenaci memoria tabule ruminanda sunt. donec altissima ei diuinitas sese a sequentibus queri sentiat. et huc unde exceserit quasi per dorsum suum respiciens. occulta inspiratione facies sua aliquatenus ostendat. Hec enim celo presidens magistri semper pseuerantem sequentium fidem. quoniam inter homines ambulans semebat tuba commentem. Sequitur. Conuersus ihc et uidens eos sequentes. dicit eis. Quid queritis. Qui dixerunt. Rabbi. qd dicitur interpretatum magister. ubi habitas.

Bene ihc conuersus esse dr. quidem an quis superdicto non ambularet assumpto celo egressus. tum erat auersus. id est propter peccatum hominis unusquisque primi humano tractus. Unde in psalmis clamat propheta. Peccauimus et retro iratus es. et auertisti faciem tuam. Conuertere iterum deus singulos eum in fide querentium respicere dignatus. De qua ei conuersione dr in psalmo. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Item. Conuertere domine. et eripe animam meam. Conuertere quoniam ihc et uidet eos quisque sequentes. dum eos quisque in carnationis et passionis ei fide sitientem dignatur intueri. Si sint